



# BOLETÍN DEL CLERO DEL **OBISPADO DE LEÓN**

## DISCURSO DE SU SANTIDAD á los peregrinos de Perusa

QUERIDOS HIJOS:

Acogemos paternalmente el testimonio de vuestros afectuosos recuerdos, dichosos de veros espontáneamente venidos aquí para saludar á vuestro antiguo Obispo, fatigado de entonces acá por el peso de los años y de las apostólicas solicitudes. El tenor de vuestras palabras, señor Cardenal, los rasgos bien conocidos de muchos de vosotros, la vista de todos los aquí presentes, traen hoy á Nuestra memoria una imagen vivísima de otros tiempos y de otros lugares.

A decir verdad, diócesis que un tiempo fué la Nuestra, jamás se ha borrado de Nuestra memoria y de Nuestro corazón; y con frecuencia, en medio de Nuestras nuevas solicitudes, nos hemos complacido y todavía nos complacemos en volver con el pensamiento á las comarcas del Trasimeno y en ver una vez más con los ojos de la imaginación vuestro hermoso San Lorenzo, á cuya sombra protectora quería tal vez la Providencia preparar Nuestra humilde persona para un más alto ministerio. Allí consagramos, según Nuestras fuerzas, la obra de Nuestros mejores años. Cuál haya sido la abundancia de los frutos, ignorámoslo; pero si Nos fué dado el obrar algún bien hay que atribuirlo á la clemente asistencia del Cielo.

Mas, con ser estos recuerdos muy risueños, un pensamiento ocupa principalmente Nuestra mente en estas circunstancias, y no queremos ocultároslo. Pensamos que, humanamente habiendo, no volveremos á veros en este lugar y en tan gran número. Considerad que Nuestra palabra es la palabra de un padre que se despide para siempre de una parte de su familia querida. Si en algo hemos merecido vuestro amor, si queréis llevaros de este día un recuerdo verdaderamente provechoso, grabad bien en vuestra alma una verdad que la experiencia y el buen celo nos sugieren el traer á vuestra memoria: es una verdad de hecho conocidísima, hasta vulgar si queréis, y sin embargo olvidada con demasiada frecuencia en la práctica. La vida es corta; creed á quien ha alcanzado, por divina bondad, el límite supremo. La vida es corta, más de lo que comunmente se piensa, y su verdadero valor consiste en usar bien de ella y en orden á la salvación eterna.

Hé aquí, queridos hijos, la advertencia que os legamos para que os sirva de norma y de guía en vuestra peregrinación terrena. Acogedla con sincera voluntad y ponderadla con frecuencia y con aquella madurez de reflexión de que cada uno de vosotros debe hacer uso en el gran negocio de la salvación. No os dejéis ilusionar por la escena fugaz de este mundo; que jamás os induzcan sus atractivos á desnaturalizar el fin, á prevaricar contra la ley santa de Dios. La virtud humana es desgraciadamente demasiado débil y la inclinación al mal demasiado fuerte; pero allí donde la débil virtud no puede bastarse por sí misma, encuéntrase el sostén de la gracia del Señor, con la sola condición de pedírsela. A este propósito nos llena de esperanza, por lo que á vosotros concierne, el patrocinio de la celestial Reina que Perusa está acostumbrada á invocar particularmente con el dichoso título de *Nuestra Señora de las Gracias*.

Todavía nos parece ver allí á la veneranda imagen sobre su columna y rodeada de una piadosa muchedumbre. Acoged, pues, la recomendación de mantener intacta y viva la llama sagrada que os legaron vuestros abuelos, esto es, la devoción á la augusta Virgen María. Dirigios á Ella como á la fuente de esperanza que eleva vuestros corazones por encima de las cosas terrenas. Pedidle como á inspiradora de los buenos propósitos, espíritu

dócil á los divinos preceptos y constancia en el deseo del bien. Suplicadle, como á madre del casto amor, que guarde cuidadosamente en vosotros la pureza de costumbres, corona resplandeciente de toda honestidad, alimento de todos los nobles afectos, de todas las obras magnánimas.

Que la gracia de Dios Todopoderoso descienda copiosa á vuestras almas y las ilumine y las conforme y las gobierne según el beneplácito de su santa voluntad. Séáos de ello prenda la Bendición Apostólica, que de todo corazón damos á vosotros y á vuestras familias, á la ciudad y á la diócesis que representáis.



## RESPONSUM S. SEDIS

### CIRCA QUAESTIONEM SALARII PRO OFICIBUS

In Encyclica *Rerum Novarum* dicitur: «Esto igitur, ut opifex atque herus liberi in idem beneplacitum, ac nominatim in salarii modum consentiant, subest tamen semper aliquid ex justitia naturali idque libera paciscentium voluntate majus et antiquius, scilicet alendo opifici, frugi quidem et benemorato haud imparem esse mercedem oportere.»

*Dubium I.*—1.<sup>o</sup> Num verbis: justitia naturalis intelligitur justitia commutativa, an vero aequitas naturalis?

*Ad dub. I.*—*Per se loquendo intelligitur justitia commutativa.*

*Explanatio.*—Evidem opus operarii plurimum differt a mercimonio, sicut merces differt a pretio: opus enim operarii est opus procedens a libertate humana, induens propterea rationem meriti et juris ad mercedem, seu praemium; et ideo longe nobilis mercimonio et pretio, quae sola permutatione obsolvuntur. Nihilominus, gratia perspicuitatis opus operarii consideratur ut quaedam merx et praemium, seu merces ut quoddam pretium. Nec immerito: nam licet opus operarii nobilis quid sit merce, totam tamen retinet rationem mercis, ex qua parte haec dicit ordinem ad pretium. Rectissima ergo est raciocinatio S. Thomae I—II. Q. CXIV, art 1.<sup>o</sup>: «Id enim merces dicitur quod alicui recompensatur pro retributione operis

vel laboris, quasi quoddam pretium ejus. Unde sicut reddere justum pretium pro re accepta ab aliquo est actus iustitiae, ita etiam compensare mercadem operis vel laboris est actus iustitiae. Actus iustitiae, inquam, commutativae. Sicut enim emptio et venditio, ita opus et merces pro communii utilitate contrahenti sunt, dum scilicet unus in liget re vel opera alterius et e converso. Quod autem est pro communii utilitate, non debet esse magis in gravamen unius quam alterius, et ideo debet secundum aequalitatem rei, quae est propietas iustitiae commutativa, inter dominum et operarium contractus iustitiae institui.» (Cf. II-II, Q. LVII, art. I.)

Quod si quaeratur criterium quo statui debet illa aequalitas rei inter opus manuale operarii et mercedem danlam a Domino, respondemus: criterium illud in Encyclica dicitur pendendum esse ex operarii fine immediato, qui imposuit ei naturale officium seu necessitatem laborandi ex victu nempe et vestitu ad convenienter vitam sustentandam, et ad quem primo et principaliter labor manualis ordinatur. (76. Q. CLXXXVII. art. 3.<sup>o</sup>) Quoties igitur opus tale sit, quod operarius per ipsum satisfaciat praedicto suo officio naturali consequendi finem, immediatum laboris sui, ac merces ad consequendum hunc finem, victum nempe ac vestitum, convenienter impar sit; per se loquendo et considerata rerum natura habetur objetiva inaequalitas inter opus et mercedem, et ideo laesio iustitiae commutativa.

Duo tamen hac in re sunt generatim consideranda. Alterum est, quod sicut pretium rerum venalium non est punctualiter determinatum a lege naturae, sed magis in quadam communii aestimatione consistit, ita et de mercede generatim est dicendum. Unde firma manente exigentia ex ratione finis, victus nempe ac vestitus convenientis, mercede operarii ex communii aestimatione fit aut saltem fieri potest, salva iustitia, modica additio vel diminutio, sicut in mercium pretio modica additio vel diminutio, ex publica aestimatione, non videtur tollere aequalitatem iustitiae. (II-II Q. LXXVII, art. I, ad I.) Alterum est, quod in assignanda aequalitate iustitiae inter mercedem et opus manuale, non solum attenditur a communii aestimatione tum qualitas tum quantitas operis, sed etiam tempus durationis

ejus, item pretia rerum quae emi ab operario debent ad convenientem victum et vestitum; quae pretia non sunt ubique eadem.

Quod si denique sine laesa justitia erga operarium, juxta dicta, multum juvatur herus ex opere ejus, potest hic quidem, propria sponte ac laudabiliter, aliquid operario supererogare, sed hoc pertinet ad ejus honestatem, quin teneatur ex justitia. Valent scilicet in re nostra principia quae dantur pro justa emptione et venditione. (*ibid. in corp. artic.*)

*Dubium II.*—An peccabit herus qui solvit quidem mercedem opificis sustentatione sufficientem, sed imparem ipsius familiae alendae, sive hacc constet uxore et numerosa prole, sive haec non ita numerosa sit? Si affirmative, contra quam virtutem?

*Ad Dubium II.*—Non peccabit contra justitiam, poterit tamen quandoque peccare vel contra charitatem vel contra naturalem honestatem.

*Explanatio.*—Ex hoc ipso quod, juxta declarata in responsione ad primum dubium, aequalitas mercedis et operis observatur, plene satisfit exigentiis justitiae commutativa. Opus autem est opus personale operarii et non familiae ipsius, nec ad familiam ipsam refertur primo et per se, sed secundario et per accidens, quatenus mercedem acceptam operarius com suis distribuit. Sicut ergo familia opus in casu non auget, ita ex justitia non requirit ut merces debita operi ipsi augeatur.

Poterit tamen peccare contra charitatem etc., at non generaliter et per se, sed per accidens, et in aliquibus casibus. Unde in responsione dictum est «quandoque».

Contra charitatem, non solum modis illis omnibus, quibus homo circa charitatem erga proximum peccare potest, sed peculiari etiam modo. Etenim opus operarii cedit in emolumentum heri. Quoties ergo hic ad exercenda charitatis officia in singulis casibus ex pracepto charitatis adigitur, ordinem etiam charitatis observare tenetur. Qui quem ordo proximiores hero facit operarios diuturnum tempus exercentes in ejus utilitatem, quam pauperes alios nihil pro ipso agentes. Quocirca herus potens charitas officia exercere operarios suos preferre debet, eis ex charitate elargiendo, quod justitia minime exigit ut merces sic aucta ex charitate sustentandae familie etiam operarii minus

ios sufficiens evadat. Hie autem generice et quasi theorice sunt habenda, in praxi enim non temere judicandum est an herus peccet vel non peccet contra charitatem.

Contra honestatem, cuius proprium est retribuere sponte scilicet et non ex justitia. Nolumus intelligere hic honestatem gratitudinem inducentem ex beneficio accepto; opus enim operarii non est beneficium, quia mercede secundum aequalitatem rei compensatur; sed quod herus ex opere operarii magnum beneficium et emolumentum percipit, quando reapse percipit, et ideo ex quadam naturali honestate recompensare per supererogationem quodammodo tenetur sicut in resp. ad I § «quod si denique», nullo tamen jure in operario ad illam supererogationem existente, ut patet.

*Dubium III.*—An et qua ratione peccant heri, qui nulla vi aut fraude utentes, minus dant salarium, quam opera praestita meretur, ac honestae sustentationi sufficit, id est quod plures operarii sese offerunt, qui parvo illo stipendio contenti sunt, seu in illud libere consentiunt?

*Ad dub. III.*—Per se loquendo precent contra justitiam commutativam.

*Explanatio.*—Dictum est, quod opus operarii, quamvis merx proprie non sit, merci tamen, perspicuitatis gratia, comparari potest, quia in ordine ad mercedis aequalitatem habent totum id quod habet merx ad praetium, et aliquid etiam amplius. Unde recta instituitur argumentatio a minori ad maius. Atque in emptione non licet, per se loquendo, emere rem minus quam ex communi aestimatione, spectata temporum ac locorum ratione valet. Ergo a fortiori neque licitum est, sed est contra justitiam, minus dare salarium quam praestita opera meretur, id est honestae sustentatione sufficit. De hoc dubio videatur Encyclica, p. 33 et 38.

Dixi «per se loquendo»; per accidens possunt dari casus particulares, in quibus heri conducere licite valent operarios inadequata mercede contentos. Puto, si herus aut nullum aut omnino suae vatae convenienter sustentandae insufficiens beneficium retraheret, si mercedem adequatam largiretur, imo etiam damnum exinde caperet. Hoc enim in casu ac in simili-

bus, etsi quaestio sit prima facie de justitia, revera tamen est  
quaestio magis de charitate, qua herus et sibi et aliis providet.  
(Cf. Expl. ad. I.<sup>um</sup> dub. § duo tamen.)

# E. S. R. UNIV. INQUISITIONE

1

Obtineri potest etiam pro sacerdotibus idoneis delegatio ad dispensandum ab impedimentis matrimonialibus dirimentibus «in articulo mortis.»

*Feria IV. die 25 Maii 1898.*

In Relatione Status Ecclesiae Colocen. et Bacsiens., exhibita S. Congregationi Concilii die 26 Maii 1897, sequens reperiatur *Postulatum*:

«Cum saepe saepius, ob parochiarum multitudinem magna-  
mumque parochianorum numerum, infirmorum provisio per  
parochorum adjutores fieri soleat, petitur ut facultas dispen-  
sandi juxta litteras S. R. et U. Inquisitionis die 25 Feb. 1888  
liccorum Ordinariis concessa, non solis parochis sed etiam eorum  
adjutoribus et universim confessariis, approbatis modo generali  
subdelegari possit.»

Cum hoc Postulatum transmissum fuerit ad hanc Supremam S. R. et U. Inquisitionem, in Congregatione Generali habita ab EEmis. et RRmis. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD Consultorum voto, iidem EEmi. ac RRmi. DD. subscribi mandarunt:

In terminis in una Wratislaviensis fer. IV die 17 Februarii 1892, idest: Supplicandum SSMo. pro gratia arbitrio Episcopi pro sacerdotibus idoneis in locis Dioecesis remolioribus, dummodo tempus desit recurrendi ad Ordinarium vel Parochum et periculum sit in mora, ad quinquennium

Feria vero VI die 27 ejusdem mensis SSmus. per facultates  
Emo. Cardinali S. R. et U. Inquisitionis Secretario concessas,  
benigne annuit pro gratia.

J. Can. MANCINI, S. R. et U. Inquis. Not.

## Asociación de SUFRAGIOS MÚTUOS del Clero de la Diócesis.

Han manifestado por conducto de los Sres. Ttes. Arciprestes de Los Oteros y Valdeburón de Abajo, que desean pertenecer á la Asociación é ingresan en ella:

N.º 1046=Martínez D. Maurilio, con obligación de aplicar *diez misas*.

N.º 1047=González D. Guillermo, dentro del primer año de su ordenación.

N.º 1048=Martínez D. Felipe, id., id., id.

N.º 1049=Tejerina D. Aquilino, id., id., id.

León, 15 de Diciembre de 1898.—Dr. Adolfo Pérez Muñoz,  
Canónigo-Secretario.

### Núm. 27.

El día 12 de los corrientes falleció D. Rafael Carvajal, Párroco de Calzada del Coto y Arcipreste de Sahagún, y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociación y por certificado del Sr. T. Arcipreste que tenía aplicadas las misas, todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.

### OBRA DE PROPAGACIÓN DE LA FÉ

Acercándose el día de girar á la Junta central de Madrid los fondos recaudados en la Diócesis, se ruega á los Sres. Colectores de decenas, lo entreguen dentro de este mes al Tesorero D. Joaquín Ruiz, Plaza Mayor (Comercio).

León 12 de Diciembre de 1898.—El Secretario, Amancio Saldaña Juárez.

### ANUNCIO

Recomendamos á los Sres. Párrocos de esta Diócesis la adquisición de la obra. «Tratado teórico práctico de Derecho civil, procesal penal y administrativo» del Sr. Pellicer y Guin, Provisor y Vicario general del Arzobispado de Zaragoza.

Esta obra que consta de dos tomos, se halla de venta en la librería de D. Cecilio Gasca, Plaza de la Seo, n.º 2, Zaragoza. Precio, 12 pesetas.